



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De iudicio temerario.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

*Examen X. De falso testimonio circa Mand. 159*  
retur à fure? De excessu tantum teneris. Plura in materia  
de restitut. Tract. 4.



## *EXAMEN X.*

*De Legibus in particulari, circa materiam octauum  
Mandati Decalogi de falso testimonio  
non dicendo.*

### *CAPUT PRIMUM.*

#### *De Iudicio temerario.*

1.  *Ontra octauum Decalogi preceptum: Non falsum testimonium dices, delinquitur aut iudicio, aut mendacio, aut contumelia, aut detractione, aut susurratione. Quid igitur est iudicium temerarium? Firmus assensus de aliqua re mala ex leibus iudicii. Quodnam peccatum est? Mortale ex suo genere, & contra iustitiam: at si internum tantum sit, non obligat ad restitutionem; ex leuitate materiæ veniale est.*

2. *Vi sit peccatum mortale, quanam in iudicio concurrere debet? Tria equidem. Primo, debet formari sine indicis sufficientibus. Secundo, debet ex plena deliberatione effiri. Tertio, certò, & sineulla formidine. Quæ quidem omnia ratiō concurrunt in temerè iudicantibus; plerumque enim iudicant cum formidine de opposito; nullum autem iudicium citra certitudinem est peccatum mortale.*

3. *Quid igitur de suspicione temeraria dicendum? Non est ex suo genere peccatum mortale, præsertim si contingat ex quodam intellectus errore: sicut neque opinio temeraria.*

4. *Quanam res possunt fundamentum iudicandi exhibere? Dubia de rebus aestimanda momentis suis: de personis interpretanda in meliorem partem. In dubio non teneris interpretari in meliorem partem positiū & speculatiū, sed bene negatiū & practicū. Ex charitate in dubio quisque iudicandus probus. Si ferendum iudicium sit, dubia in meliorem partem interpretanda. Ad cautelam, & ex suppositione dubia interpretari possunt in deteriorē partem, & Superiorē ob indicia dubia subditos obiurgare possunt. Multa iudicia*

iudicia possunt esse falsa, & non temeraria: v.g. si iuuenis la-  
sciarius cum foemina claim loquatur de re quidem indifferenti,  
qui videt illum sibi iam cognitum impudentem, non temere  
de crimen iudicabit. Sicut aliqua iudicia assolent esse vera,  
sed tamen temeraria: v. gr. si bona famae vir cum foemina  
bonae etiam famae de re turpi loquatur in publico: qui iudi-  
cauerit nequitiam; verè equidem, sed temerariè iudicium  
profert; quia nullum adest firmum fundamentum.

## C A P V T II.

## De Mendacio, &amp; secreti revelatione.

§. 1. 5. **Q**uidnam Mendacium? Falsum verbum cum intentione  
Menda-  
ceum. fallendi.

6. **Q**uotuplex Mendacij diuisio? Duplex quidem. Prima, ra-  
tione virtij oppositi veritati, in iactantiam, & ironiam. Se-  
cunda, ratione culpæ grauioris, vel leuioris, in perniciosum,  
iocosum, & officiosum.

7. **N**um omne mendacium peccatum sit? Ita planè & ex suo  
genere malum; potest autem & venialis, & mortalis esse  
in mendacij culpa iuxta eius grauitatem aut levitatem.

8. **Q**uóanam peccatum est in doctrina Christiana mentiri? Ex  
suo genere mortale: ut etiam mentiri in doctrinis naturali-  
bus, si pertineant ad praxim virtutis, & virtij, quamvis omne  
scandalum excludatur, & contemptus.

9. **N**um mortale sit crimen leuiter mentiri in iudicio, aut in  
Confessione? Minime, quia leuis iudicij iniuria, & leuis Con-  
fessionis irreuerentia est.

10. **R**ecepicennum ab alio, solui, sed probare non possum: num  
negare possum in iudicio non accepisse? Potes quidem cum re-  
strictione mentali: que nunc debes. Sicut pétenti centum,  
cum tantum debeantur quinquaginta, respondere potes, non  
debere.

11. **N**um veritatem aliquando celare licet? Licet equidem.  
Interrogatus testis, pro tempore potest uti æquiuocatione,  
si reuera illo tempore reus factus non sit, quando non debet  
iuxta mentem iudicis respondere. Interrogatus an habeas  
pecuniam, si petatur cum iniuria, negare potes, aut si adsit re-  
tionabilis causa id faciendi. Perniciosum igitur mendacium  
graue aut leue est iuxta materiam, iocosum & officiosum  
veniale plerumque.

12. **Q**uid